



Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

num inciuile, quod rarius alijs miscentur nationibus,
suis moribus insordescunt: Sed luunt pœnas ferocia sua,
quod diuisi crebrius superantur, vbi indiuisi fierent
inuicti. Moriens Albertus testamento filijs commenda-
uit causam Idzardi comitis memorati, ne vñquam il-
lum desererent: Sciebat Groningenium in illum impla-
cibile odium, quod redditu pristinæ incolumenti, arma
in illum exterminandum essent conuersuri: Occupau-
rat autem ille priori bello oppidum Dam, quod ad mare
ituris Groningensibus obuum est: idque præsidio impo-
sito communivit.

CAPVT XXVIII.

Militares terra Groningensis adhæsere profugi
Idzardo memorato, quod nimia seruitu
premerentur ab vrbicis, non permisi panem,
aut potum, in cedibus suis conficerere: sed omnia ex oppi-
do iuberentur expectari. Inde verò ad iudicium euoca-
rentur in dictum oppidum, quoties vel de minimare à
quopiam impeterentur. A veusta memoria, cum iniuci-
cèm cedibus & incendio in se deseuirent homines me-
morati, essentque in oppido ex militari genere, qui concilij
præsiderent cum cæteris oppidanis: complacitum
tum erat communi omnium assensu, ad euertendas cæ-
des & mutua incendia, ut de controuersiis in oppido ex-
perirentur: euocatiq; adessent, magnis pœnis constitutū,
aut amissione dextera in criminalibus, aut prædiorum
euastatione in ciuilibus. Harum rerum abusus quidam
inoleuit, cum deficerent in oppido militares, & Gronin-
genses veteri constituto pertinaciū inhærebant. His ex
rebus orta dissensio, secreuit militares terra ab oppido:
qui sese interim bello tonante in terra comitis cōtinuere.

Du-



Duratibus treugis, quas episcopus Traiectensis proximo anno interposuit, cum Groningenses inquis ferrent animis oppidum Dam à comite teneri, conductere manum peditum validam, aliquot milibus aureorum expromis- sis, quæ, dum expugnatū traderetur oppidum, solueren- tur. Oppugnauere pedites cum ciuibus, nō satī commu- nitum opidulum: Et nisi fortissimè ab his qui inerant, defensum esset, etiam expugnāssent. Comes interim ar- mavit suos aliquot exteris conductis: Mittebantur etiā à vicinis nonnulla supplementa: fortior creuerat, quām ut ab oppugnantibus posset sustineri. Itaque repulit pri- mo impetu Groningenses: Priusquam tamē ille accede- ret, impletis fossatis feno & euenctionibus multis, trans- lierunt in oppidum gregarij. Ibi adunati qui intus erāt, repulerunt, aliquot ceteris oppressis. Sed vbi comes pro- dij in aciem, redigūtur pedites collecti cum Gronin- gensibus pugnatur, etiam duplato militum numero ex- uperati: Missilibus primum & deinde ex tormentis de parte comitum iacta saxa ordinem rupere, stragemq; fecere. Tum gregarij primi fugam ineunt, Groningen- ses sequuntur. Ibi magna sit strages de parte vrbicorū. Altera & hac peditum insida pugna, quæ vehementer eorum nomen extenuat, monstratq; & perfidum, & in- ane genus militum, solo nomine & gloriacione magnum. Tum victor comes firmat obsidionem, captiuis multis ex vrbe detentis: Tribus locis praesidia imponit, nē quo quis pa- tho quicquā importetur. Ad famē resistā respexit, nisi properata inundatione, aut rerū cōpositione oppido con- suletur.

CAPVT XXIX.

Eodem illo tempore, cum ageretur annus primus post mille quingentos, Henricus dux Brunsvici se-

Pp 2 nior,

